rum epochas conturbet. Mox: *Si tam accurata cycli Paſchalis emendatio contigiſſet anno Juliano incolumi, tum eamdem ab omnibus Chriſtianis plenis ſuffragiis recipiendam eſſe arbitrarer. Exactiorem enim methodum cyclicam excogitari poſſe non exiſtimo: methodum, inquam, cyclicam, quæ non ex Tabulis Aſtronomicis, ſed ex epactarum cyclo Lunæ ætatem venatur.* Hoc elogio nullum ne Gregorius quidem ipſe Pontifex, aut Clavius inſignius ac præſtantius requirant. Nam quod de Chronologicæ rei perturbatione Mullerus excipit, perleve eſt. Neque enim turbabitur quicquam, ſi quod illuſtribus utique monimentis ab oblivione vindicatum eſt, poſteri à nobis acceperint, quonam anno, & qua ratione ordinarius Juliani & æquabilis anni curſus interruptus ſit. Quomodo verò Gregoriana methodus in anteriora tempora refundi, propagaríque poſſit, Guldinus noſter contra Calviſium oſtendit.

Poſtremò cùm hoc toto libro quarti de Emendatione Temporum libri pars ultima, quæ cycli Paſchalis caſtigationem continet diſcuſſa, refutatáque ſit, ac ſic univerſa libri quarti doctrina per partes examinata, ejuſdem, cujus ceterorum librorum capita, falſitatis convicta fuerit, ſummam animadverſionis totius more noſtro colligemus.

Hactenus igitur demonſtratum eſt hoc, & ſuperiore Libro, quicquid novi Scaliger ex ingenio, induſtriáque ſua contulit ad ea, quæ ab aliis tradita jam acceperat, de anno Romanorum Juliano; Ægyptiorum Actiaco, Syrogræcorum, & Antiochenorum, & Athenienſium Juliano; ac reliquis in IV. libro de Emend. Temporum expoſitis, ea vana, & abſurda videri, pleraque etiam temerè ac ſine judicio conficta.

QUicquid igitur in Libro IV. *de Emendatione Temporum; tum in Iſagogicis Canonibus, ubicumque eadem doctrina pertractatur, novum ac ſuapte induſtria repertum, vel amplificatum edidit Scaliger; id omne falſum, commentitium, ac frivolum eſt. quod erat demonſtrandum.*

DIONYSII

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU,

DE

DOCTRINA TEMPORUM

LIBER SEXTUS.

IN QUO METHODI LUNARIS,
Id eſt Cyclorum aureorum numerorum fontes ac principia recluduntur.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

QUANTO melius ſit, & ad uſum methodi Paſchalis, & adminiſtrationem recens illud opportunius inventum, quo epactæ ad ſingulos menſium dies appoſitæ novilunia demonſtrant, quàm aureorum numerorum, qui in vetere Kalendario deſcribebantur; intellectum ex iis opinor eſſe, quæ toto Libro ſuperiore pro Gregoriano Kalendario in medium adduximus. Neque tamen non magnopere laudandum illud fuit veterum artificium, quod in illis excogitandis primùm; tum ad ſuum negotium accommodandis, ac digerendis numeris inſigniter eluxit. De quo quæ ex antiquorum Computi magiſtrorum aſſidua, diligentíque lectione, labore, quod fatendum eſt, incredibili, ac ſtudio mihi comparavi, explicare hoc in Libro ſtudui; ac fontes ipſos recludere, unde omnis cyclorum, numerorúmque, quos aureos appellant, profecta ratio variè eſt in Græcorum, Latinorúmque Kalendariis poſteà deſcripta. Etſi autem ſupervacanea videri noſtra cuiquam hæc opera poteſt, propterea quòd artifex ille numerorum, ac cyclorum uſus intercidit, éſtque præſtantiore ſine dubio, opportunioréque mutatus; nihilominus multis neque levibus de cauſſis adducor, ut hanc de cyclis, veterúmque Computis accuratam, ſubtilémque diſputationem ſingulari Operis hujus parte complectar. Nam ſi antiquiſſimorum populorum jam inde condito ex orbe Faſtos, & annales methodos ſtudioſè perſequimur, eorúmque veſtigia quantum poſſumus in omni vetuſtatis memoria perquirimus: ſi Hebræorum, Chaldæorum, Perſarum, Græcorúmque Kalendaria jamdudum obſoleta, ignotáque à ſitu & oblivione vindicamus: cur id in ea Kalendarii forma præſtare non liceat, quâ tot annos uſa eſt Catholica omnis Eccleſia, quæque paucis abhinc annis obſervari deſiit? Quin ipſa quoque hodierna Faſtorum ratio, in qua epactæ pro numeris aureis aſſumptæ ſunt, vetere nihilominus methodo, & aureorum numerorum doctrina plurimùm adjuvatur; ut in Kalendario fatetur Clavius. Denique cùm temporum ſcientiam hoc in Opere profiteamur; hoc eſt annorum genera diverſa, cum eorum τεχνικῇ μεθόδῳ; propemodùm nefas arbitror, tam egregiam, inſignémque prætermittere; quam Chriſtianus orbis ad noſtram, vel patrum certè noſtrorum uſque memoriam, ad Eccleſiaſticas celebritates, & ſanctiſſimas religiones accommodavit. Neque verò ſic in ea parte tractanda diſputandáque verſabimur, ut vulgaribus quibuſdam, ac decantatis ſæpè contenti ſimus; cujuſmodi ſunt illa, quæ in calce Operis de Emendatione Temporum perſtrinxit Scaliger. quin potiùs prima ipſa methodi principia perveſtigabimus, neque cyclorum modo varietates; ſed & cauſſas, atque origines explicabimus. Quantum porrò Lectoribus eruditis hanc meam qualemcumque operam & induſtriam probaturus ſim, neſcio. Hoc verò confirmare poſſum; tantùm me hac in una conſequenda, elaborandáque doctrinæ parte, quantum in nulla altera ſtudii & contentionis adhibuiſſe. Res eſt enim nullius, quod fateri neceſſe eſt, ſatis illuſtrata ſcriptis; ſi unum Paulum Foroſemproníenſem excipias: cujus immane volumen paucorum hodie manibus teritur, ac propter editionis unicæ vetuſtatem propemodùm intercidit. Hujus nos lectione libri, nec non Bedæ, aliorúmque Computi Scriptorum commentariis adjuti, acri & aſſidua meditatione longiùs proceſſimus, & eam doctrinæ totius ſummam incredibili, quod dicendum ſæpiùs eſt, labore confecimus. quam ad fructum poſteritatis, ac memoriam, ſexto huic Libro mandavimus. Diſputationis ordo hîc à nobis inſtituetur; uti primo loco de variis cyclorum generibus, eorúmque conditionibus agatur; poſteà Neomeniarum in illis, ac feriarum methodus explicetur.

 CAPUT

CAPUT I.

De variis cyclorum Decemnovennalium generibus. De duplici Alexandrinorum cyclo, Naturali, ſive Epactali, & artificioſo, ſive Paſchali.

LUNARIS cycli, qui novemdecim annis explicatur, auctorem fuiſſe Metonem, emendatorem verò Calippum, libro ſecundo ex Gemino, & aliis veteribus oſtendimus. Hunc ad Paſchale negotium, excluſis demùm Octaëteridibus, & Heccædecaëteridibus, Chriſtiani tranſtulerunt. Principes inſtituti hujus Alexandrinos fuiſſe vulgò dictitant. Alii id Euſebio Cæſarienſi; alii Nicæno Concilio tribuunt. Utrum ab Alexandrinis primùm in Chriſtianos ceteros manaverit, nondum pro comperto habeo. Illud ſcio, multis ante Nicænam Synodum annis Anatolium egregiè divinis, ac Mathematicis artibus eruditum, cyclum decemnovennalem expoſuiſſe, déque eo diſputaſſe; quod lib. v. Eccl. Hiſt. ſcribit Euſebius. Atque ab Alexandrinis antiquioribus ille hoc acceperat; quorum quidem cùm in ceteris Mathematicis diſciplinis; tum in Aſtronomicis excellens fama ſemper exſtitit. Ab Alexandrinis certè, ſine ulla controverſiâ, reliqui deinde Chriſtiani cyclum illum paullatim traditum uſurparunt, Nicæni Concilii auctoritate permoti. Quocirca methodi Paſchalis, & cyclicæ fontes in Alexandrino Kalendario requirendi ſunt. Annus Alexandrinorum ad Julianum modum deſcriptus ac fixus, menſium ſitu & dierum in ſingulis numero diſcrepat. Menſibus quippe duodenis conſtat; quorum ſinguli tricenarii ſunt. Sub anni finem quinque dies appendices admetiuntur; quibus quarto quoque anno, biſſextilis accedit. Primi menſis, quem Thoth nominant, Kalendæ in XXIX. Auguſti Juliani ſæpiùs congruunt. In hoc igitur anni contextu cyclum decemnovennalem aliquot annis ante Nicænum Concilium Alexandrini ſic illigarunt. Quo tempore cyclum ordinare ſunt aggreſſi, dies in Kalendario notarunt, quibus ex Mathematicis calculis Neomeniæ lunares incidebant primo, ſecundo, tertio, &c. annis cycli Enneadecaëterici. Iis diebus numeros adſcripſerunt Neomeniarum indices; 1, 2, 3, 4, &c. Itaque quibus diebus menſium anni illius, à quo cyclum inchoarunt, Neomeniæ competebant, ad eos numerum 1. adſcripſerunt: anno verò ſecundo numerum 2. illis diebus, in quibus Novilunia commiſſa ſunt. atque ita reliquis in annis τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος: rati ad eoſdem dies perpetuò Novilunia recurrere, neque lunarem ullam προήγησιν intervenire. ſive in præſens diſſimulantes, quòd ea poſt trecentos, & eò ampliùs annos accideret, poſteriorum curæ, & induſtriæ commiſerunt. Jam lunares in Kalendario menſes ita diſpoſiti ſunt, ut alternis plenæ eſſent, cavæque ſyzygiæ; quod aureorum numerorum certo contextu conſecuti ſunt, de quo poſtea. Etenim lunationes omnes, quæ in primum, tertium, quintum, adeóque impares menſes omnes incurrebant; eæ tricenariæ ac plenæ conſtitutæ: quæ in pares cadebant, novem & viginti diebus circumſcriptæ fuerunt. quem ordinem interdum embolimorum menſium interventus nonnihil perturbabat. Tunc enim duæ extra ordinem plenæ ſyzygiæ continuabantur: in ſeptimo verò embolimo, cavæ duæ: propterea quòd ſeptimæ intercalationi, cava, non plena Luna debetur. Menſes porrò tùm intercalabantur, cùm dies ex epactis annorum collecti triginta ſuperabant.

Duplex cyclus. Sciendum eſt autem, duplicem apud Alexandrinos iſtiuſmodi cyclum à Paulo Foroſempronienſi definiri: alterum, quem epactalem vocat; alterum Paſchalem. Epactalis cyclus eſt, qui naturalem cavorum plenorúmque, tùm intercalarium menſium ſitum retinet: hoc eſt æquabili alternatione plenas, caváſque lunationes obſervat; embolimos verò menſes tùm inſerit; cùm juſtus ex epactis dierum numerus confectus eſt. ut ad quemcumque Kalendarii menſem intercalares ſyzygias epactarum ratiocinia detulerint, in iis embolimi menſes inculcentur. Paſchalis autem cyclus eſt, qui ad ſolennis Paſchalis leges nonnulla mutatione conformatur. Nam in eo menſes omnes embolimi proximè ante primum, Paſchalémque menſem intercalantur: unde cavorum, plenorúmque ſeries turbatur, & omnes ſeptem tricenarii fiunt, etiam ſeptimus, qui natura cavus eſſe debuit. quæ diei unius erogatio alio in menſe extraordinaria pleni menſis contractione penſatur, quem Lunæ Saltum nominant. Hæc omnia niſi latiùs diffundantur, ſatis à tironibus percipi nequeunt: quibus in ſequentibus cumulatè ſatisfiet. Et quoniam naturalis Alexandrini Kalendarii contextus epactali illo cyclo continetur: primùm de eo; tùm de ceteris ſingillatim agetur. Imprimis Kalendarium Alexandrinum deſcribetur, cum propriis illorum menſibus, quibus unà & Romanos apponemus. His cycli decemnovennalis adjungentur numeri, & ad eos dies adſcribentur, quibus per id tempus Novilunia commiſſa ſunt. Quamvis autem incertum ſit, quo tempore cyclus iſte ab Alexandrinis inſtitutus fuerit; nihilominus epocham in anno primo Diocletiani collocabimus: vel, quod eòdem recidit, in Nicæno ſæculo; à quo Paſchalis Enneadecaëteris initium ſumpſit: ut ex utriuſque cycli comparatione methodus ipſa faciliùs intelligatur. Ad id autem utilis erit Neomeniarum lunarium Tabula, quam ad Nicænum tempus accommodatam capite I. libri quinti propoſuimus.

CAPUT II.

De cyclo naturali ſive epactali Alexandrinorum, ubi epactarum ratio, & origo declaratur.

ALEXANDRINI Kalendarii typum editurus cyclo naturali ſive epactali præditum, quo faciliùs tirones Neomeniarum lunarium progreſſum, & epactarum originem intelligant. (Quamquam de epactis pleniùs agendum erit poſtea: nunc autem eaſdem, quatenus ad cyclum illum ordinandum pertinent, neceſſariò, ſed parciùs attingemus.) Diagramma novemdecim annorum ex Paulo Foroſempronienſi ſubjiciemus: quorum in unoquoque lunationum dies cum epactis, & emboliſmorum ſitus deſignantur. Quæ ut omnia capi nullo negotio poſſint; ſciendum imprimis, epactas reſiduos eſſe de anno civili dies, quibus lunarem annum ſuperat. Ex epactis menſium annorum epactæ conflantur. Porrò menſes Alexandrini tricenarii ſunt omnes; duodecimus verò quinque inſuper appendices dies habet, quas ἐπαγομένας appellant. At lunares menſes alternis pleni ſunt, & cavi: ita ut pleni antecedant, cavi ſubſequantur. Itaque primæ lunarium annorum ſyzygiæ plenæ ſunt. Primæ autem cenſentur eæ, quæ in primo menſe civili terminantur. Exempli cauſâ, lunationes omnes, quæ in Thoth deſinunt, plenæ: quæ in Paophi, cavæ ſunt: ac deinde, paucis exceptis, omnes imparium menſium civilium lunationes plenæ: parium, cavæ ſunt. Excipiuntur ii menſes in quibus lunationes duæ terminantur. Harum enim prima tricenaria; ſecunda cava fit etiam in imparibus. quod cyclo XVII. in Tybi accidit. qui cùm impar ſit, duplicem terminat lunationem: quarum prior Kalendis ipſis deſinens, plena; poſterior, triceſimo die clauſa, cava eſt. in ceteris, quæ in imparibus deſinunt, plenæ; quæ in paribus, cavæ ſunt; ſolis embolimis lunationibus exceptis, quæ in paribus terminantur. Sunt enim plenæ omnes hoc in cyclo, præter ultimam. * Fingamus igitur, methodi gratiâ, lunationem primam cyclo I. incipere primo die Thoth. Cùm igitur menſis iſte triginta dies habeat, lunatio prima totum menſem exhauriet, nec ullas relinquet epactas menſtruas. Secundus menſis cava lunatione præditus eſt. ob id abſoluta lunatione, quæ à Kalendis ad XXIX. diem perducitur, reliquus erit triceſimus. Tertius menſis Athyr lunationem plenam exigit, quæ à triceſimo die menſis antecedentis iniens deſinit in XXIX. atque ita nonniſi dies unus ſuperfluus confectis lunationibus tribus relinquitur. Sic quartus menſis Choiac unum præterea ſuperfluum diem adjiciet. Hujus enim cava eſt lunatio, quæ in XXVIII. die terminata biduum relinquit. neque plures menſis Tybi

* Item excipiuntur lunationes illæ, quæ ex ordine ſucceſſionéque plenæ aut cavæ eſſe debent. Nam ex alienis etiam menſibus ſuam qualitatem obtinent. *Petavius.*

Tybi reliquos habebit. Mechir verò tres. atque hoc modo pares quique menſes uno die epactas augent; donec in fine Meſori ſex dies collecti ſint, & Neomenia à XXV. die incipiat. quibus ſi V. dies appendices accedant, conficient dies XI. reſidui, quas epactas anni ſequentis nominabimus. Hæc erat quidem epactarum, lunationúmque progreſſio, ſi à Kalendis Thoth Neomenia prima cœpiſſet. Atqui cœpit ab ultima τῶν ἐπαγομένων. Igitur epactæ dies ſunt reſidui, qui ab ultima Neomenia incluſivè ad quartum diem ἐπαγομένων ſuperſunt. Ita menſe poſtremo, Neomenia init Meſori XXIV.

Epactæ o anno primo cycli. Hinc apparet anno primo cycli epactas eſſe o, id eſt nullas: anno ſecundo, XI: tertio, XXII: & ita in reliquis per undenarii incrementum, ſubductis XXX, paullatim epactas aſſurgere. Ceterùm cùm epactalis cyclus naturalis ſit, & naturalem epactarum, lunationúmque contextum exhibere debeat; potuimus naturale itidem in eo cyclum tenere principium, & primam totius Enneadecaëteridos Neomeniam in Kalendis ipſis ſtatuere. quod erat facile, ſi epocha ultra Diocletianeum ſeculum retrò promoveretur; quando novilunium in Kalendis accidebat; quod Nicæno ſæculo jam ad ultimam τῶν ἐπαγομένων receſſerat. Verùm quoniam ad Alexandrini cycli Paſchalis methodum, & ex ea derivatam Romanorum Enneadecaëteridem epactalis potiſſimùm ille comparatur: in iis autem Neomenia cycli XIX. Romani, Alexandrini verò I, in diem ultimum epagomenon committitur, qui XXVIII. menſis Auguſti ferè reſpondet: idcircò nihil in epocha commutandum cenſuimus. Hac verò ibi, ubi erat conſtituta; tum epactarum menſtruarum paullulùm diverſa fit progreſſio. Nam Thoth abſoluta lunatione unum diem habet ſuperfluum; Paophi biduum; & ſic deinceps. Epactæ autem annuæ XI. deſinent in quarto die τῶν ἐπαγομένων.

Menſium epactæ ex Paulo Foroſempr. His animadverſis nec illud omittendum, epactas menſium à Paulo Foroſempronienſi nominari dies æquabilium menſium, qui cyclo I. poſt Neomeniam in unoquoque menſe reſidui ſunt. Exempli gratiâ aureus numerus I. incipit ab ultimo anni die, proximè ante Neomeniam Thoth, & deſinit in XXIX. Itaque triceſimo diei adſcribitur aureus numerus I: & ita nullus dies poſt Neomeniam ſupereſt. Erunt ergo epactæ Thoth, o. Sequens menſis Paophi unum diem poſt Neomeniam aurei numeri I. reſiduum habet. Hujus epactæ propterea ſunt I; & ſic in reliquis. Uſus epactarum iſtarum eſt in collocandis Neomeniis, & earum ſedibus inveſtigandis. Nam in primo cyclo epactæ illæ de XXX. diebus deductæ relinquunt diem Neomeniæ. in ceteris annis addendæ ſunt epactæ annuæ. tùm detractis, quoad fieri poteſt, triginta, reſiduum de XXX. diebus ſubductum epocham Neomeniæ demonſtrat. Exemplum, anno I. cycli epactæ o. de XXX. diebus Thoth deductæ, reliquos faciunt XXX. Ergo triceſimo die ponitur aureus numerus I. Anno ſequenti epactæ annuæ XI. cum epactis Thoth dant XI, quæ ſi de XXX. detrahas, reſtant XIX, ſedes aurei numeri II. Aureo IX. cycli, epactæ XXVIII. cum III. epactis faciunt XXXI. Deductis XXX, reſiduum I. ſubducatur de XXX. diebus Mechir; reſtabunt XXIX. Itaque XXIX. die Mechir ponendus eſt aureus numerus IX. At in Meſori, numeri quidam bis collocantur in XXXV. diebus. In iis ergo illud obſervabitur. Si numerorum aureorum ſedem in XXX. diebus Meſori requiras, conflatum ex epactis annuis, & menſtruis de XXXV. diebus eſſe ſubtrahendum. At ſi in epagomenis collocare volueris, deductis è ſumma annuarum & menſtruarum epactarum, XXX, reliquum de XXXV. auferendum. Verbi gratiâ, cyclo XIV. epactæ XXIII. cum epactis XI. dant XXXIV. Ea ſi ſubtrahantur de XXXV, relinquent I, ſedem aurei numeri XIV. in Kalendis ipſis. rurſus ſi ablatis XXX, reſiduos IV. de XXXV. ſubducas, reſtabunt XXXI. Ideo in Epagomenon I. ponitur aureus numerus XIV. Sic aureus numerus XIX. epactas habet XVIII. Cum epactis Meſori fiunt XXIX: quæ ſi deducas de diebus XXXV, reſtabit VI. dies Meſori, ad quam XIX. apponitur. Idem porrò numerus XIX. ad ultimam Meſori, ſive V. ἐπαγομένων adſcribitur. Sed ad annum I. cycli jam pertinet, & quaſi præter ordinem antevertitur; ob lunarem ſaltum. Ideo methodus in eo fallit. Ejuſmodi menſium epactas Paulus Foroſempronienſis in enneadecaëteridis Laterculo poſuit, qui & emboliſmorum ſitum per eaſdem inveſtigat. Hanc enim regulam præſcribit, ut quando epactæ annuæ cum menſtruis triginta dies ſuperant; tum intercalatio fiat. emboliſmos verò ſeptem, qui omnes triginta diebus conſtant, præter ſeptimum, qui cavus eſt, ita collocat.

LATERCULUM emboliſmorum.

Anni embolimæi.	Dies Neomeniæ embolimæi.	
III	Meſori	II
VI	Pachon	I
IX	Athyr	I
XI	Meſori	IV
XIV	Meſori	I
XVII	Phamenoth	XXX
XIX	Meſori	VI

Epactæ menſium.

Thoth.	o
Paophi.	I
Athyr.	I
Choiac.	II
Tybi.	II
Mechir.	III
Phamenoth.	III
Pharmuthi.	IV
Pachon.	IV
Payni.	V
Epiphi. *	VI
Meſori.	XI

Epactæ annorum in cyclo decemnov.

I	o
II	XI
III	XXII
IV	III
V	XIV
VI	XXV
VII	VI
VIII	XVII
IX	XXVIII
X	IX
XI	XX
XII	I
XIII	XII
XIV	XXIII
XV	IV
XVI	XV
XVII	XXVI
XVIII	VII
XIX	XVIII

* Emendabat in codice ſuo *Petavius.*

Epiphi.	V
Meſori.	VI
Epagomenæ	V
Fiunt Epactæ tot menſium	XI.

Ex duobus illis epactarum Laterculis animadverti poteſt, utrum rectè emboliſmi à Paulo diſpenſati ſint. Anno tertio epactæ annuæ xxii. cum unius Meſori epactis ſuperant xxx. Quare meritò in Meſori menſis embolimus ponitur. Anno vi. ex epactis annuis xxv, & menſtruis Pachon, dies conſiunt xxix. Haud igitur ex regula ibi fit intercalatio. Sic anno nono cùm ex epactis xxviii. annuis, & I. epactis Athyr, fiant xxix, tamen intercalatur. Sic anno xvii. collectis epactis utriſque nonniſi xxx. conflantur. Quocirca non ſatis accurata eſt methodus, quæ ex epactis annuis, & illis menſtruis emboliſmorum ſedes definit. Præſertim cùm epactæ menſium dici non debeant reliqui dies poſt Neomeniam: imò verò dies ipſe Neomeniæ inter epactas cenſeri debeat. quæ utique dies omnes poſt abſolutas lunationes reſiduos continent. Propterea nos aliud epactarum genus adhibuimus, quæ cum annuis conjunctæ ubicumque tricenarium numerum explent, ibi fit intercalatio. Sunt autem epactæ cujuſlibet menſis, dies reliqui in calce ſuperioris menſis poſt abſolutam ſyzygiam in cyclo I. Verbi cauſâ: Anno I. cycli Neomenia pridie Kalend. Thoth incipit. Unus ergo dies poſt ſyzygiam ultimam anni xix. ſupereſt in menſe Meſori. Erit hæc epacta menſtrua Thoth. Eodem anno menſis

Aliud genus menſtruarum epactarum.

Laterculum epactarum menſium, ſive regularum.	
Thoth.	i
Paophi.	i
Athyr.	ii
Choiac.	ii
Tybi.	iii
Mechir.	iii
Phamenoth.	iv
Pharmuthi.	iv
Pachon.	v
Payni.	v
Epiphi.	vi
Meſori.	vi
Epagomenæ.	vii

Thoth unum diem ſuperfluum reliquit: quæ erit epacta Paophi: & ita ceteris in menſibus. Hi ſunt regulares menſium; de quibus poſteà. quorum Laterculum hîc ſubjiciam.

Ex epactis annuis, & regularibus iſtis embolimi menſes exiſtunt, & in eo menſe collocantur; qui eum proximè præcedit, cujus regulares cum annuis epactis triginta præcisè conficiunt. Eſt enim naturalis iſte progreſſus, ut cùm ex ſuperfluis diebus juſta ſyzygia componitur, menſis intercaletur. Fit autem integra illa lunatio ex ſuperfluorum collectione dierum in iis menſibus, quorum reſidui ſunt dies, qui pro ſequentium regularibus habentur. Ideò lunatio intercalaris in eoſdem conjicitur. Ac nos quidem embolimos menſes iiſdem planè locis, quibus à Paulo conſtituuntur, ex hac methodo defigimus, præterquam ſecundum, quem in Pharmuthi Kalend. ponimus: quoniam epactæ annuæ xxv. cum regularibus Pachon triginta componunt. Unde ex regula, in antecedenti menſe lunatio intercalaris ponitur.

His ad eum modum definitis, Diagramma proponetur annorum xix, quorum in ſingulis duodecim menſes explicantur, ut quoto ipſorum die Neomenia lunaris commiſſa ſit, adnotetur. Verſus in eo ſex erunt. Primus epactas annuas continet. Secundus epactas menſis, quas Paulus habet. Tertius τὴν ὁμάδα dierum ex epactis annuis, menſtruiſque collectam. Quartus menſes Ægyptios. Quintus Neomeniæ diem in menſibus Ægyptiis. Sextus qualitatem lunationum, quæ in unumquemque menſem deſinunt: hoc eſt quæ plenæ ſint, aut cavæ. Embolimorum verò Neomenias aſteriſco deſignavimus: ita ut initium cujuſque ſit eo die, qui in verſu 5. ſigno illo præditus eſt: in 6. autem verſu, ubi litteræ ſunt P, C, Pleni, & Cavi menſis indices, ibi deſinere cenſeatur.

DIAGRAMMA ANNORUM
Novemdecim cum Neomeniis lunaribus.

Annus primus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ. *	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzygiæ.
o	o	o	Thoth.	xxx	P.
o	i	1	Paophi.	xxix	C.
o	i	1	Athyr.	xxix	P.
o	ii	2	Choiac.	xxviii	C.
o	ii	2	Tybi.	xxviii	P.
o	iii	3	Mechir.	xxvii	C.
o	iii	3	Phamenoth.	xxvii	P.
o	iv	4	Pharmuthi.	xxvi	C.
o	iv	4	Pachon.	xxvi	P.
o	v	5	Payni.	xxv	C.
o	v	5*	Epiphi.	xxv	P.
o	vi	6	Meſori.	xxiv	C.
o	xi	11	Epagomenæ.		

Annus ſecundus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzygiæ.
11	o	11	Thoth.	xix	P.
11	i	12	Paophi.	xviii	C.
11	i	12	Athyr.	xviii	P.
11	ii	13	Choiac.	xvii	C.
11	ii	13	Tybi.	xvii	P.
11	iii	14	Mechir.	xvi	C.
11	iii	14	Phamenoth.	xvi	P.
11	iv	15	Pharmuthi.	xv	C.
11	iv	15	Pachon.	xv	P.
11	v	16	Payni.	xiv	C.
11	v	16	Epiphi.	xiv	P.
11	vi	17	Meſori.	xiii	C.
11	xi	22	Epagomenæ.		

Annus tertius.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
22	o	22	Thoth.	viii	P.
22	i	23	Paophi.	vii	C.
22	i	23	Athyr.	vii	P.
22	ii	24	Choiac.	vi	C.
22	ii	24	Tybi.	vi	P.
22	iii	25	Mechir.	v	C.
22	iii	25	Phamenoth	v	P.
22	iv	26	Pharmuthi.	iv	C.
22	iv	26	Pachon.	iv	P.
22	v	27	Payni.	iii	C.
22	v	27	Epiphi.	iii	P.
22	vi	28	Meſori.	ii*	C.
22	xi	3	Epagomenæ.	ii	P.*

Annus quartus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
3	o	3	Thoth.	xxvii	P.
3	i	4	Paophi.	xxvi	C.
3	i	4	Athyr.	xxvi	P.
3	ii	5	Choiac.	xxv	C.
3	ii	5	Tybi.	xxv	P.
3	iii	6	Mechir.	xxiv	C.
3	iii	6	Phamenoth.	xxiv	P.
3	iv	7	Pharmuthi.	xxiii	C.
3	iv	7	Pachon.	xxiii	P.
3	v	8	Payni.	xxii	C.
3	v	8	Epiphi.	xxii	P.
3	vi	9	Meſori.	xxi	C.
3	xi	14	Epagomenæ.		

Annus quintus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
14	o	14	Thoth.	xvi	P.
14	i	15	Paophi.	xv	C.
14	i	15	Athyr.	xv	P.
14	ii	16	Choiac.	xiv	C.
14	ii	16	Tybi.	xiv	P.
14	iii	17	Mechir.	xiii	C.
14	iii	17	Phamenoth.	xiii	P.
14	iv	18	Pharmuthi.	xii	C.
14	iv	18	Pachon.	xii	P.
14	v	19	Payni.	xi	C.
14	v	19	Epiphi.	xi	P.
14	vi	20	Meſori.	x	C.
14	xi	25	Epagomenæ.		

Annus ſextus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
25	o	25	Thoth.	v	P.
25	i	26	Paophi.	iv	C.
25	i	26	Athyr.	iv	P.
25	ii	27	Choiac.	iii	C.
25	ii	27	Tybi.	iii	P.
25	iii	28	Mechir.	ii	C.
25	iii	28	Phamenoth.	ii	P C.
25	iv	29	Pharmuthi.	i	P.
25	iv	29	Pachon.	i*	P.*
25	v	o	Payni.	i. xxx	C.
25	v	o	Epiphi.	xxx	P.
25	vi	1	Meſori.	xxix	C.
25	xi	6	Epagomenæ.		

Annus ſeptimus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
6	o	6	Thoth.	xxiv	P
6	i	7	Paophi.	xxiii	C.
6	i	7	Athyr.	xxiii	P.
6	ii	8	Choiac.	xxii	C.
6	ii	8	Tybi.	xxii	P.
6	iii	9	Mechir.	xxi	C.
6	iii	9	Phamenoth.	xxi	P.
6	iv	10	Pharmuthi.	xx	C.
6	iv	10	Pachon.	xx	P.
6	v	11	Payni.	xix	C.
6	v	11	Epiphi.	xix	P.
6	vi	12	Meſori.	xviii	C.
6	xi	17	Epagomenæ.		

Annus octavus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
17	o	17	Thoth.	xiii	P.
17	i	18	Paophi.	xii	C.
17	i	18	Athyr.	xii	P.
17	ii	19	Choiac.	xi	C.
17	ii	19	Tybi.	xi	P.
17	iii	20	Mechir.	x	C.
17	iii	20	Phamenoth.	x	P.
17	iv	21	Pharmuthi.	ix	C.
17	iv	21	Pachon.	ix	P.
17	v	22	Payni.	viii	C.
17	v	22	Epiphi.	viii	P.
17	vi	23	Meſori.	vii	C.
17	xi	28	Epagomenæ.		

Annus nonus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
28	o	28	Thoth.	II	P. C.
28	I	29	Paophi.	I	P.
28	I	29	Athyr.	I*	P.*
28	II	o	Choiac.	I. XXX	C.
28	II	o	Tybi.	XXX	P.
28	III	I	Mechir.	XXIX	C.
28	III	I	Phamenoth.	XXIX	P.
28	IV	2	Pharmuthi.	XXVIII	C.
28	IV	2	Pachon.	XXVIII	P.
28	V	3	Payni.	XXVII	C.
28	V	3	Epiphi.	XXVII	P.
28	VI	4	Meſori.	XXVI	C.
28	XI	9	Epagomenæ.		

Annus decimus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
9	o	9	Thoth.	XXI	P.
9	I	10	Paophi.	XX	C.
9	I	10	Athyr.	XX	P.
9	II	II	Choiac.	XIX	C.
9	II	II	Tybi.	XIX	P.
9	III	12	Mechir.	XVIII	C.
9	III	12	Phamenoth.	XVIII	P.
9	IV	13	Pharmuthi.	XVII	C.
5	IV	13	Pachon.	XVII	P.
9	V	14	Payni.	XVI	C.
9	V	14	Epiphi.	XVI	P.
9	VI	15	Meſori.	XV	C.
9	XI	20	Epagomenæ.		

Annus undecimus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
20	o	20	Thoth.	X	P.
20	I	21	Paophi.	IX	C.
20	I	21	Athyr.	IX	P.
20	II	22	Choiac.	VIII	C.
20	II	22	Tybi.	VIII	P.
20	III	23	Mechir.	VII	C.
20	III	23	Phamenoth.	VII	P.
20	IV	24	Pharmuthi.	VI	C.
20	IV	24	Pachon.	VI	P.
20	V	25	Payni.	V	C.
20	V	25	Epiphi.	V	P.
20	VI	26	Meſori.	IV*	C.
20	XI	I	Epagomenæ.	V	P*

Annus duodecimus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
I	o	I	Thoth.	XXIX	P.
I	I	2	Paophi.	XXVIII	C.
I	I	2	Athyr.	XXVIII	P.
I	II	3	Choiac.	XXVII	C.
I	II	3	Tybi.	XXVI	P.
I	III	4	Mechir.	XXVI	C.
I	III	4	Phamenoth.	XXVI	P.
I	IV	5	Pharmuthi.	XXV	C.
I	IV	5	Pachon.	XXV	P.
I	V	6	Payni.	XXIV	C.
I	V	6	Epiphi.	XXIV	P.
I	VI	7	Meſori.	XXIII	C.
I	XI	12	Epagomenæ.		

Annus decimus tertius.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
12	o	12	Thoth.	XVIII	P.
12	I	13	Paophi.	XVII	C.
12	I	13	Athyr.	XVII	P.
12	II	14	Choiac.	XVI	C.
12	II	14	Tybi.	XVI	P.
12	III	15	Mechir.	XV	C.
12	III	15	Phamenoth.	XV	P.
12	IV	16	Pharmuthi.	XIV	C.
12	IV	16	Pachon.	XIV	P.
12	V	17	Payni.	XIII	C.
12	V	17	Epiphi.	XIII	P.
12	VI	18	Meſori.	XII	C.
12	XI	23	Epagomenæ.		

Annus decimus quartus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
23	o	23	Thoth.	VII	P.
23	I	24	Paophi.	VI	C.
23	I	24	Athyr.	VI	P.
23	II	25	Choiac.	V	C.
23	II	25	Tybi.	V	P.
23	III	26	Mechir.	IV	C.
23	III	26	Phamenoth.	IV	P.
23	IV	27	Pharmuthi.	III	C.
23	IV	27	Pachon.	III	P.
23	V	28	Payni.	II	C.
23	V	28	Epiphi.	II	P. C.
23	VI	29	Meſori.	I*	P.*
23	XI	4	Epagomenæ.	I	

Annus

Annus decimus quintus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
4	o	4	Thoth.	XXVI	P.
4	I	5	Paophi.	XXV	C.
4	I	5	Athyr.	XXV	P.
4	II	6	Choiac.	XXIV	C.
4	II	6	Tybi.	XXIV	P.
4	III	7	Mechir.	XXIII	C.
4	III	7	Phamenoth.	XXIII	P.
4	IV	8	Pharmuthi.	XXII	C.
4	IV	8	Pachon.	XXII	P.
4	V	9	Payni.	XXI	C.
4	V	9	Epiphi.	XXI	P.
4	VI	10	Meſori.	XX	C.
4	XI	15	Epagomenæ.		

Annus decimus ſextus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
15	o	15	Thoth.	XV	P.
15	I	16	Paophi.	XIV	C.
15	I	16	Athyr.	XIV	P.
15	II	17	Choiac.	XIII	C.
15	II	17	Tybi.	XIII	P.
15	III	18	Mechir.	XII	C.
15	III	18	Phamenoth.	XII	P.
15	IV	19	Pharmuthi.	XI	C.
15	IV	19	Pachon.	XI	P.
15	V	20	Epiphi.	X	C.
15	V	20	Payni.	X	P.
15	VI	21	Meſori.	IX	C.
15	XI	26	Epagomenæ.		

Annus decimus ſeptimus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
26	o	26	Thoth.	IV	P.
26	I	27	Paophi.	III	C.
26	I	27	Athyr.	III	P.
26	II	28	Choiac.	II	C.
26	II	28	Tybi.	II	P. C.
26	III	29	Mechir.	I	P.
26	III	29	Phamenoth.	I	C.
26	IV	o	Pharmuthi.	XXX*	P.*
26	IV	o	Pachon.	XXX	P.
26	V	I	Payni.	XXIX	C.
26	V	I	Epiphi.	XXIX	P.
26	VI	2	Meſori.	XXVIII	C.
26	XI	7	Epagomenæ.		

Annus decimus octavus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
7	o	7	Thoth.	XXIII	P.
7	I	8	Paophi.	XXII	C.
7	I	8	Athyr.	XXII	P.
7	II	9	Choiac.	XXI	C.
7	II	9	Tybi.	XXI	P.
7	III	10	Mechir.	XX	C.
7	III	10	Phamenoth.	XX	P.
7	IV	II	Pharmuthi.	XIX	C.
7	IV	II	Pachon.	XIX	P.
7	V	12	Payni.	XVIII	C.
7	V	12	Epiphi.	XVIII	P.
7	VI	13	Meſori.	XVII	C.
7	XI	18	Epagomenæ.		

Annus decimus nonus.

Epactæ anni.	Epactæ menſium.	Epactæ collectæ.	Nomina menſium.	Dies Neomeniæ.	Qualitas ſyzyg.
18	o	18	Thoth.	XII	P.
